

unam extremitatem tantum occupantibus, et circa  
eam apparentibus orientibus.

97. Madrepora marina erectiores: Ramosa ramis  
brevioribus punctata tubulis vis sensibilibus tuberculis  
crebris sursum spectantibus. Eadem dilute cinerea  
punctata, sed solummodo punctis oblongis. Eadem  
ramosa ramis brevioribus tuberculis horizontali-  
bus, et adinstar cribri foraminosa castanei coloris.

Erectiores.

98. Madrepora marina lapidea Chaumontiana  
flavescentes. Madrepora marina lapidea maiores ac  
minores cinerea punctulis minimis, et nonnunquam  
squamatis squamulis sursum spectantibus insigni-  
tae in Gottlandia.

Lapidea.

## Caput VII.

Coralla marina. Musc. Corallum.

Sunt Arbuscula marina e materia corallina  
constantes, ac fere lapidea ramosa, et solida, id  
est sine cavernulis ac poris sensibilibus, in mari  
cortice tartareo obdueta, secundum truncum et  
ramulos verrucis, in apice vero bullis semine lac-  
teo fatis instructa.

## Sectio XXVII.

De Corallis marinis diversi coloris, et Ge-  
niulatis.

S. 99.

Corallum marinum obscure rubens striatum,  
adhuc cortice suo vices radices in ordine ad nutriti-  
onem et accretionem Corallorum, ac Lithophytarum  
gerente obduetum, verrucisque, et foraminulis  
donato non minus ac in extremitate ramulorum bul-  
lis pro

Coralla marina  
rubra.